

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Maria ak
cum fonte primo

Beatam me dicent omnes generaciones;

ex hoc beatam te dicent omnes
generaciones que omnibus
generationibus uitam et gloriam genuisti.
In te enim angeli letitiam, iusti graciam,
peccatores ueniam inueniunt in
eternum. Merito in te respiciunt oculi
tocius creature quia in te, et per te, et de
te benigna manus Omnipotentis quicquid
creauit, recreauit.

Bernardus in sermone.

Eo beatam te dicunt omnes generationes,
Genitrix Dei, Domina mundi, caeli
Regina. Omnes, inquam,
generationes. Sunt enim generationes
caeli et terrae. Pater spirituum, ait
Apostolus, EX QUO OMNIS PATERNITAS IN
CAELO ET IN TERRA NOMINATUR.

Ex hoc ergo beatam te dicent omnes
generationes, quae omnibus
generationibus vitam et gloriam genuisti.
In te enim angeli laetitiam, iusti gratiam,
peccatores veniam inveniunt in
aeternum. Merito in te respiciunt oculi
totius creature, quia in te, et per te, et de
te benigna manus Omnipotentis quidquid
creaverat recreavit.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in die Pentecostes*, 2, 4 (SBO 5, J.
Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais
eds., p.168, ll.1-8).